

sentis^a) quam futuri temporis fidelibus, qualiter nos dilecto propinquo nostro Lûdouuico videlicet comiti concessimus edificare castellum Scouuonburg in confinio Loibae silvae, cuius partem complurimam, quam eidem comiti ad id negotium pius genitor noster regia auctoritate donavit, et nos similiter illi donavimus, sed et ipse a Gunthero quodam et Bisone aliisque liberis viris praedia^a) nonnulla inibi et villulas silvaticas, quarum una quidem Aldinberc, alia Reginherisbrunno dicitur, precio^b) comparavit nec non saltum innovans ad campestria viculos per se statuit atque ex his omnibus seu nostra donatione vel sua comparatione circumquaque attractis^c), praedium^a) unum colligitur, quod abiacentibus disiunctum his terminis et lachis concluditur. A fluviolo Louffa, usque quo influit rivulus Batenbach, et sic sursum per ascensum eius ad locum, qui dicitur Fiurstat, deinde deorsum ad Manigfaltbach ad viam tendentem a Bussenrot ad fontem, qui est ad Espinefelt, deinde versus aquilonem ad quandam siffam iuxta Mochonouua usque ad bivium, ubi una via tendit Linungon, altera Osterwison contra orientem villae Erpshesrot, inde sursum per callem inter duos montes Grinberc et Turibere, hinc per latus Santberc ad locum, ubi Sulzbach cadit in Trocchonlinaha, et sic sursum ad Uuanonbrugga, deinde a Buchbrunno ad Tierbouum, hinc ad Harcistich usque Trocchonlinaha ad plateam, quae tendit super Abbichonrot sicque per eandem plateam usque Everhardesbruggon, inde ad occidentem usque Tambach et sic sursum super fluviolum Smalachaldon usque Cholobach et inde super quoddam mirice ad Brunnuardesrot usque in plateam, quae illic est, perque plateam usque ad radices montis Tatenberc super rivulum Louchaha usque ad latus montis Teneberc sicque postremum ad supradictum fluviolum Louffa. Omnia, quae cinguntur his terminis cum villulis infra positis aut ponendis — — praedicto^a) comiti Lûdouuico his regalibus edictis stabilita in perpetuum fecimus. — —

:Signum domni Heinrici tercii (M.) regis invictissimi.: (Ben. Val.) (SR.) (SJ.)

25 :Theodoricus cancellarius vice Bardonis archicancellarii recognovi.:

Data v. kal. sept.^d), anno dominicę incarnationis M. XL. III., indictione XIII., anno domni Heinrici tercii, ordinationis eius XVIII., regni vero VIII., actum Bavenberc; feliciter.

99.

König Heinrich III. übereignet auf Bitten des Markgrafen Ekkehard einem Dienstmann desselben, Namens Jarmir, drei königliche Güter im Burgwart Chutizi, in der Grafschaft Ekkehard's.

Quedlinburg, 1045 Sept. 22.

Hdschr.: Or. Perg. Geh. Staatsarchiv Berlin.

Gedr.: Jaffé, *Diplomata quadraginta* 35. Stumpf 2284.

Ann.: Vergl. *Einkl.* 60 Ann. 381. S. A. 113 Ann. 381.

35 (C.) :In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus divina favente clementia rex. Omnium dei: nostrique fidelium tam futurorum quam presentium sollers industria noverit, qualiter nos ob amorem et petitionem Eckethardi^a) marchionis nostri fidelis

98. a) p. b) p̄cio c) attractris. d) kl sept.

99. a) ECHEHARDI.